



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll K6 [This Roll was previously named M2.]

Roll K6 [previously M2] (recto) [Tuesday] 13 Dec 1608

M.2

Dulwich

in Comitatu
Surrey:
1608

Visus Franci Plegii Cum Curia Barronis Edwardi Alleyne armigeri

tenta ibidem decimo tercio die Decembris Anno regni domini nostri Jacobi dei gracia Anglie Francie et x x
Hibernie Regis fidei defensoris &c: Sexto, et Scotie quadragesimo secundo, coram Johanne Harryes
armigero Senescallo ibidem : /

Essonia
Querella

Nullus
Nullus

Nullus
Nullus

Nullus
Nullus

Nullus
Nullus

Constabularius { Thomas Abecke } Comparuit, et Juratus presentat cum Juramento Et modo ad hanc Curiam exoneratu^r Et x
Johannes Berrye de novo electus est et Juratur /

Decennarii

Robertus Best et Christopherus Savage } Comparunt, et Jurati presentant cum Juramento Et modo ad hanc Curiam
exonerantu^r / Et

Johannes Staple et Johannes Feiringe } de novo electi sunt et Jurantur . /

Gustator
Cervitiæ

Robertus Kingsland } Comparuit et Juratus presentat cum Juramento Et modo ad hanc Curiam exoneratu^r Et x
{ Robertus Starky } de novo electus est et Juratur . /

Capitales
Homagium

Anthonius Kitchen generosus,	
Nicholaus Foster x x x x x	
Edmundus Curston x x	
Johannes Berrye x x x x	
Robertus Starkye x x x	
Walterus Boane x x	
Johannes Hall o	

Jurati

Johannes Cassinghurst	
Thomas Abecke,	
Christopherus Savadge	
Johannes Lewys, x x	
Johannes Howe x x	
Johannes Feiringe x x	
Robertus Badger Junior	

Jurati

Communis Finis ,
iiijs soluto domino

Qui dicunt super sacramentum suum quod dant domino de Communi fine ad hunc Diem pro
Dulwi^{ch} ut patet in Capite :

Qui Jurati et onerati ad inquirendum de et super diversis Articulis tam pro domino Rege, quam x
pro domino huius Manerii dicunt super sacramentum suum quod Elizabeth Ewen, Humfridus Abdy Ricardus Collyns
Robertus Badger senior, Henricus Collyns, Johannes Longe, Ricardus Paire, Walterus Hethersall et Laurance
Otway sunt Resiantes infra precinctum huius Manerii, et debent sectam Curie et modo ad hunc diem
fecerunt defaltum[sic], Ideo quilibet eorum in misericordia prout patet super eorum capita .

Et modo ad hanc Curiam ordinatum est per totum Homagium quod omnes Inhabitantes huius Manerij
annulabunt porcos et porcinos suos, ante septimum diem Februarij proxime futurum, sub pœna x
pro quolibet porco extunc pro quolibet mense inannulatus inventus o-----4^d[sic] Et pro quolibet porcino o-----ij^d.

Item ordinatum est quod Johannes Hall procurabit sufficientem postem provideri ad sustinendum x x
Incile, Anglice (the dreyner) currens in fossam vocatam (the Common Sewer) apud Howlettes, ante x
festum Penticoste proxime futurum sub pœna o-----x^d. /

Item similiter ordinatum est, quod Johannes Ewen procurabit alterium sufficientem postem et Clathrum provideri
spectantem dicto Incili, ante decimum quartum diem Junij proxime sequente sub pœna o-----v^s. /

Item ordinatum est quod Thomas Calton generosus [blank] Collyns generosus, Johannes Boane [blank] Lewys vidua, Johannes Hall et Christopherus Savage componant tales scalas agrestes, inter Dulwi^{ch} et ecclesiam parochialem de Camerwell per quas homines facile transire possent, ante ultimam diem Februarij proxime futurum sub pœna cuiuslibet eorum o---xij^d.

Item ordinatum est quod Johannes Staple senior depurgabit scrobem suam iacentem iuxta terram Roberti Badger Juniori abuttantem super compasturam de Dulwi^{ch} ante vicesimum diem Junij proxime sequentem sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret. 4^d

Item similiter ordinatum est, quod Johannes Feiringe depurgabit scrobes a domo sua mansionalis, ad terram vocatam Newlandes ante vicesimum diem Junij proxime futurum sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o----- 4^d /

Item ordinatum est quod Johannes Staple senior depurgabit scrobes suos, adiacentem terram vocatam Newlandes, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o----- 4^d /

Item ordinatum est quod Robertus Best depurgabit scrobem suam adiacentem terram vocatam Butchers feild apud Ashepole ende, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret -- 4^d

Item similiter ordinatum est quod Acton Dove depurgabit scrobem suam apud terram vocatam Ashepoole ende, a porta ibidem, viginti rodas sursum versus [blank] ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna, pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o----- 4^d.

Item ordinatum est quod Thomas Calton generosus, Thomas Hamond et Johannes Ewen depurgabint scrobes suos ab Ashepoole ende, ad Clausum vocatum (the Lordship Close) ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o----- 4^d.

Item ordinatum est quod Johannes Hall depurgabit scrobem suam a domo vidua Lewys, ad domum suam Mansionalem ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna, pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o---- 4^d.

Item ordinatum est quod Johannes Bone Componet scalam agrestem, ducentem ex clausu suo vocato x x Gilcockes in Regiam viam ibidem, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna o----- v^s. /

Item similiter ordinatum est quod [blank] Collyns depurgabit scrobem suum, inter terras suas proprias et Clausum vocatum Dickariddinges, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o---- 4^d.

Item ordinatum est quod Johannes Cassinghurst depurgabit scrobem suum, versus terram vocatam Hathorne feild ante vicesimum diem Junij proxime sequentem, sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o- 4^d.

Item ordinatum est quod Ricardus Paine[sic, Paire] depurgabit scrobem suum inter Dickariddinges et Hathorne Feild, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret.4^d.

Item similiter ordinatum est quod Walterus Bone depurgabit scrobem suum inter Hathorne feild et Annis Feild, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret.4^d.

Item ordinatum est quod [blank] Collyns generosus, componet sufficientem scrobem, inter terram vocatam Hathorne feild, et terram Johannis Cassinghurst usque ad Clausum vocatum Wateringes, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o----- vj^d. /

Item similiter ordinatum est quod Edwardus Cursons depurgabit scrobem suum a terram vocatam Wateringes ad regiam viam ibidem, ante vicesimum diem Junij proxime sequentem sub pœna pro qualibet virga quæ tunc non facta inventus foret o- 4^d.

Compertum est per Homagium quod via ad clausum vocatum (the Eighteene acres) in occupacione Anthonii Kitchen generosus (secundum noticias separales) maiorum pertinentem Jurant iacit per terram Johannis Mathewes : /

Item Juratores presentant quod Johannes Bone, equum Anthonii Kitchen generosi in ergastulum inclusit duobus separalibus temporibus extra hoc Dominium scilicet apud ergastulum vocatum (Knightsill pound) contra ordinem inde factum Ideo ipse in misericordia pro quolibet tempore:x^s

Item presentant quod Johannes Longe obsistit Johanni Hall et servo suo capiendo averia sua vi et armis ab eis x ut abigerunt ea ad ergastulum communie pro dampnis eidem Johanni Hall factis, Ideo ipse in misericordia o----- vj^d. /

Item presentant quod Thomas Watson hortularius Cattalla viduæ Trowton in ergastulum inclusit extra hoc Dominium Ideo ipse in misericordia o----- x^s. /

Item presentant quod [blank] Wilson pinsor panem pinsuit vera plenaque Assiza carentem, contra formam Statuti in eodem casu æditi et provisi. Ideo ipse in misericordia o----- v^s. /

Item presentant quod Johannes Staple senior (acceptit averia sua ex ergastulo per duos tenentes secundum consuetudinem Manerij Et quia non persolvit pro dampnis per averia predicta factis, nec attulit ea ad includendum in x x

Ergastulum secundum consuetudinem manerij ante hanc Curiam Ideo ipse in misericordia o----- vj^d. /

Item presentant quod Walterus Ethersall et Johannes Lewys vendiderunt potum vera plenaque x Assiza carentem contra formam Statuti in eodem casu æditi et provisi. Ideo quilibet eorum in misericordia o—ij^d. /

Vide plus in dorso :

[End of K6 [previously M2] (recto). K6 [previously M2] (verso) continues below.]

Roll K6 [previously M2] (verso) [Tuesday] 13 Dec 1608 (continued)

[N.B. This side of the Roll is much worn, and in parts is almost illegible.]

M2v

Nunc de Curia / tenta Anno et die supradicto

Ad hanc Curiam testatum est per Johannem Harryes armigerum Senescallum Manerij predicti quod Edmundus Bowyar miles, unus Customariorum tenentium huius Manerij post ultimam Curiam et ante hanc Curiam scilicet decimo tertio die Decembris Anno regni domini nostri Jacobi, dei gracia x x Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Sexto, et Scotie quadragesimo
1608
secundo ^ apud domum Capitalis ipsius Edmundi, scituate apud Camberwell in

Comitate Surrei Sursumreddidit in manus domini, per manus predicti Johannis Harryes armigeri senescalli Manerij predicti secundum consuetudinem eiusdem manerij Undecem acras terre Customarie iacentes apud Howlettes Bridge infra hoc dominium tentas de Manerio de Dulwi^{ch} predicti per Copiam Rotulorum Curie, secundum Consuetudinem Manerij predicti Quæ quondam fuerunt Thome x x Ode nuper unius Customariorum tenentium huius Manerij, Necnon omnia alia terras et tenementa customaria sua tenta de Manerio predicti Ad sola opus et usum predicti Edwardi Allen armigeri domini Manerij predicti heredum et Assignatorum suorum imperpetuum Et postea ad hanc Curiam compertum est per x Homagium predictum sursumreddicio fore factam et captam ad usum predictum, modo et forma x ut prefertur &c

Ad hanc Curiam similiter testatum est per Johannis Harryes armigerum Senescallum Manerij predicti, Quod Johannes Bowyer armiger unus Customarius tenens huius Manerij, post ultimam Curiam et ante hanc Curiam scilicet decimo tertio die Decembris Anno regni domini nostri Jacobi, dei gracia Anglie, Francie et x Hibernie Regis, fidei defensoris &c Sexto, et Scotie quadragesimo secundo, apud domum Capitalis ipsius Edmundi Bowyer militis, scituate apud Camberwell in Comitatu Surrei x x Sursumreddidit in manus domini, per manus predicti Johannis Harryes armigeri, senescalli Manerij predicti, secundum Consuetudinem eiusdem Manerij, Unum messuagium sive Tenementum, et quatuordecem x acras terre Customarie cum pertinencijs in Dulwi^{ch} predicti, tentum de Manerio predicto, per Copiam Rotulorum Curie secundum Consuetudinem Manerij predicti, Necnon omnia alia terras et tenementa Customaria sua, tenta de Manerio predicto Ad sola opus et usum predicti Eduardi Allen armigeri domini Manerij predicti, heredum et Assignatorum suorum : Et postea ad hanc Curiam Compertum est per Homagium predictum sursumreddicio fore factam et captam ad usum predictum modo et forma ut prefertur^f &c . /

Somma totalis
huius Curie de certo } xxxvij^s x^d.

Afferatur per

Nicholaum Foster o
Anthonium Kitchen generosus
Eduardum Curson } Jurati
Walterum Bone
Johannem Lewys -- }

[End of Roll K6 [previously M2].]